





4

8

DE
VITE DEPREHNSA
IN
L. XXII. PR. D. QVOD VI AVT CLAM

1776, 2

PRO
LECTIONE FLORENTINA

ADVERSVS
ALIORVM EMENDATIONES ET CONIECTVRAS
VINDICIAS SCRIPSIT

SIMVLQVE
PRAELECTIONES
PER HYEMEM HABENDAS

INDICAT
NICOLAVS GEORGIVS BERNARDVS
DE LOEWENSTERN.

P. 179




BVETZOVII c1o1o cclxxvi.



DE
VITAE DEPERHENSIA
IN
L. XIIII. PR. D. QVOD VI AVT CVM

PRO
LECTIOE FLORENTINA
ALIORVM EMENDATIONES ET CONJECTURAS
VINDICIAS SCRIPSIT

FRANCKFORT
PER HYEMEM HABENDAS
INDICAT
NICOLAUS GEORGIVS BERNARDVS
DE LOEWENSTEIN



FRANCKFORTI MDCCCLXXV

§. I.


Recitantur verba legis 22. pr. D. quod vi aut clam.

Multos ex illis, quibus amoeniori iurisprudentiae operam locare suam solenne, exercuit *titulus Digest. quod vi aut clam* legum intellectu aliquanto difficiliorum exempla comprehendens aliquot. Animus profecto non est, ea omnia hic recensere, quae in earum interpretationem viri docti praestiterunt. Quamquam enim, si exempla quaedam absque longo verborum adparatu adpoerem, non male me facturum crederem apud cupidam iuuentutem, ut, qua videant ratione, minus interpretandi adgressi sint viri docti, quibusque aubis id illi praestiterint, cum varia omnino *μεθοδος* vsi, id omnes egerint, vt, sua ope, legibus nunc obscuratis, nunc vere perplexis et obscurioribus lux adparet, iam lectionem sollicitantes falcemque immittentes criticam a), iam absque huius ministerio, textus sensum dilucide explanantes, vt adeo regularum, quibus iuris interpretatio nititur, non paucarum adplicatio in harum legum interpretatione, sit conspicua b); animus praefens tamen non

a) Neque enim ab emendandi pruritu sibi quod ad leges hujus tituli interpretet temperasse, suo demonstrat exemplo *Iacobus VOORDA elector. cap. IV. p. 53. sq.* Sed, nec qui *Tribonianismos* sibi in hisce legibus fingunt, defunt. Tale enim quid in *L. semper. 15. §. sed quod interfuit p. D. h. t.* latere, sibi persua-

sic *Ant. FABER error. pragmat. decad. XVIII. err. VII. Tom. I. p. 447.*

b) Quantiuis sint pretii *Interpretes graeci*, ad *L. 20 pr. D. h. t.* obseruauit *B. Io. Guil. HOFFMANNVS* politissimi vir ingenii in *meletem, ad Pand. diss. XXX §. 5.* Verum etiam in legibus ad hunc titulum relatis interpretan-



non est, rem, de qua nonnulla dicenda habeo, tam alte auspicari. Inter ceteras illius tituli leges, nisi sensu, lectione tamen difficiliore paullulum, locum, ni fallor, obtinet VENVLEII caput ex Ipsius libro secundo interdictorum in L. 22. pr. D. h. t. quod lucem interpretationis requirere auxiliumque interpretis postere videri poterat. Verba illius autem ita se habent: *Si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderit eaque in fundo tuo coaluerit, utile est interdictum quod vi aut clam intra annum, sed, si annus praeterierit, nullam remanere actionem, radices, quae in fundo meo sint, tuas fieri, quia his adcessionis sint.*

§. II.

Dubia videntur duplici ratione.

De germana verborum textus huius mente, vix est, ut multum laboremus, quandoquidem ille nec rerum nouitate, nec incertitudine quadam premitur. Nihilominus lectio illius a nobis propoſita crucem fixit, et forte etiamnum figit interpretibus. Idque duplicem quidem ob causam. Primum enim verba: *Sed si annus praeterierit, nullam remanere actionem, radices, quae in fundo meo sint, tuas fieri*, propter defectum particulae coniunctionem referentis manca et ineptia quibusdam visa sunt. Deinde lectionem Florentinam in voce deprehenderit vitii nomine suspectam habent, eamque, tamquam genio VENVLEII aduersetur, neque ad rem, qua de loquutus sit ille, referri quiret, mutari iubent.

§. III.

dis inscriptionum atque indicis pandectarum usum esse, praeter alios, sigillatim demonstravit Iac. LABITVS de

usu indicis pandectarum cap. III. §. 28. et cap. V. §. 22.

§. III.

Prior difficultas iam a Bestio remota est.

Sed, quod quidem ad primam difficultatem attinet, tanti ego illam non aestimo, vt in ea soluenda tollendaque multum desudare opus sit. Quoniam elliptica haec dictio, sicut *veteribus auctoribus classicis*, ita *iuris etiam auctoribus* nonnullis, amabilis, certe inusitata omnino haud fuerit; tantum abest, vt omisso copulae nexum orationis mentemque dicentis adeo turbet, vt ne intelligenter quidem ille audiatur. Quidquid tamen sit, demus, necessariam fuisse ad plene intelligendam ICti mentem dictae particulae adiectionem, quamquam id putemus minime, merito tamen negamus, istum, quem perhibent, illius neglectum. Quod si, non dicam, probauerim, quoniam, vt quis latentem in textu videat particulam, lynceo profecto oculo nullo indigeat; sed tantum digito monstrarim meo, quis tunc erit, quin temerariam esse intelligat, quae lectioni Florentinae hac ex parte, parata fuit machinatio? Praeclara nimirum est *Guilielmi BESTII* a) ad hunc locum coniectura, existimantis, conjunctionis particulam reapse in verbo quae latere. Quod, effi pro certo statuere ipse dubitet, nullus tamen, calculum eidem addere, equidem dubito. Quam enim sit frequens antiquis *librariis* et praesertim voluminis Pandectarum, quod *Florentiae* est, descriptoribus, litteras, quin etiam voces integras *bis* legendas, *semel* tantum scribere, et quam inde sit utilis et frequens, in interpretandis verbis ita scriptis, *geminatio* nis vsus, maxime nota, et, praeter alios multos b), ab ipso *Nostro* c)

lucu-

a) de ratione emendandi leges Pand.
Florent. auctoritate cap. XVI. §. 6.
P. 246.

b) Radulph. FORNERIVS rerum

quoridian. lib. II. c. 1. 2. 3. apud Ezer.
OTTONEM thes. iur. Rom. tom II.
p. 32. Bern. Henr. REINOLDVS va-
rior. c. XVIII, et de edicto Publicia-

luculentissime demonstrata et probata res est. Quodsi ergo verba VENVLEII, adhibita illa, ita legeris: *radices QVAE* (i. e. *radicesque quae*) *in fundo meo sunt, tuas fieri*, certe, nisi tibi ea, quae paulo ante scripsi, sine hoc, quamquam leuissimo, mutationis et emendationis genere, suffecerint; hac tamen ratione omnes textum sollicitandi causae et difficultates sponte sua non poterunt non euanescere.

§. IV.

Ad difficultatem alteram transitus.

Quae cum ita sint, vnius vitii facile liberata est Florentina lectio. Sed restat altera adhuc dubitationum. Quam, quum priorē maioris videatur momenti, forte maiori etiam vi, ad debellandam opus est. Quamquam enim non, nisi ex vno vocabulo *deprehenderis*, lex omnis laboret, fatendum tamen est, habere propter illud in hac lege, quo ingeniorum luminibus abundant, criticorum filios, neque negandum arbitror, propter verbum *deprehenderis* durum et ineptum pluribus visum, ex omni quidem parte hunc VENVLEII locum perspicuum nullique dubiolo subiectum dici vix posse, sed ita conditum esse, ut non, nisi critices reique grammaticae

no c. I. §. 7. Corn. van BYNCKERS-
HOECK obseru. iur. rom. L. §. c. 14. 21.
L. 4. c. 10. 25. tom. I. oper. p. 77. 87.
104. et 119. Gerard. NOODT probab.
iuris lib. III. c. 4. Op. tom. I. p. 52.
tr. de foenore et usuris L. 2. c. 1. l. c.
p. 179. obseruat. L. 1. c. 18. L. 2. c. 17.
ib. p. 276. 293. tr. de usufructu L. 1. c. 6.
I. c. p. 353. Io. Conradus et Ger. Cbrist.
RYECKERI, ille in obseru. cap. III.
et IV. et in interpr. L. 1. c. 2. p. 186.
hic in diss. de L. 6. §. 1. D. quemadm.
feru. cct. cap. I. sect. 3. not. a. in OEL-
RICHII thesauro dissert. Belg. vol. 1.
tom. 1. p. 288. sqq. Ernest. GRAAF-
LANDIUS ad L. 47. D. locati cap. II.
§. 3. ibid. tom. III. p. 182. f. 1. L. E.
PVETTMANNVS Interpr. c. XVII.
p. 76. sqq. Franc. Car. CONRADI
de Cuii libris rerum quotidianarum §. 9.
Chr. Henr. ECKHARDVS hermen. iur.
ris L. 1. c. 2. §. 74.

ticae auxilio, excusis, quae huc facere possunt, auctorum classicorum locis, in plenam lucem proferri posse videatur et proferri mereat. Quare nullo modo admiratus sum doctos, quod verba nonnulla de eo fecerint, neque iratus fuissem, si plura ea de re dixissent, sed, si aliquid, id tantum male me habuit, quod, ut mihi persuadebam, firmiora melioraque nondum prolata fuerint. Certe, si, desperatam esse huius vocabuli, si Diis placet, insolentis indagacionem, intellexissem, nullum plane verbum de eo amplius proferri iuberem reprehenderemque inanem, quam hucusque iam insituerunt interpretes super ea re disputationem. Iam vero, quum ita rem natam intellexerim, ut nulla ratione vulnere deprauato ne manus adferantur, verendum sit, equidem omnino bene collocatum existimo interpretis officium, vbi fieri adhuc poterat, ut sanus verbi sensus eruatur. Iam quamquam grauis hic intercedere videatur summi Iure consulti *Ioannis Henrici BERGERI* auctoritas, interdicens veluti, quo minus laborem atque studium *vni vocabulo* defendendo impendamus, quoniam logomachiae classem singularem in iis constituat controuersis, quae de *verbo vno* aut pluribus agitantur a), adeoque, ne nosmet super vno verbo *deprehenderis* disputationem facturi, idem illud vitium committere videamur, cum cura nobis elaborandum sit; tamen nec haec quantacumque viri celeberrimi auctoritas, a via, quam ambulare coepimus, nos detrahendi potis est. Quodsi enim ipsum placet, audire BERGERVM b) disputationem super verba tum necessariam iudicantem, quando vera eorum lectio contra falsas aliorum interpretationes aut emendationes vindicatur, nullam nos ipsumque intercedere controuersiam, nec sententiam eius meum qualecumque conamen ferire, liquet. Etenim inferius dicenda demonstrabunt, non solum existisse, quos vox dicta in alienum plane a *VENULEII* mente sensum rapuerit, sed etiam qui illam temere omni-

a) *Diff. de Logomachiis in iure*, §. 49.

b) *cit. diff. §. 49.*

no emendarint. Certe melius honestiusque cum viro summo BYRMANNO c) duco, legem quamdam, cuius verba nondum ad liquidum perducta sunt, explicare, quam tritas et saepe tractatas materias ad fastidium vsque iterum adponere.

§. V.

Lectio Haloandrina refertur.

At, quod mireris, nondum adeo frequens fuit senatus super hoc loco, vtut vel maxime dubio et ancipiti quibusdam viso. Certe, quos mea exhibuit suppellex, omnes volui reuoluique libellos, inque paucissimis tantum, quae ad huius loci illustrationem referre quidquam videri poterant, deprehendi. Refert autem, vt oratio ab iis incipiat, qui emendando lucem illi praetulerunt, et ad eos pergat, qui lectionem florentinam vocemque *deprenderis* defendunt. In primis stare videtur GREGORIUS HALOANDER, vir politissimi quidem et valde felicitis ingenii, eo tamen nimium fretus suisque imaginationibus magnopere indulgens, legum interpretes audacissimus. Is enim etiam in hoc loco nihil minus sibi licere arbitratus, quam voculam mutare ineptam illiusque elementa paululum interpolare, ita tamen, vt nunc nouum prodiret vocabulum, pro verbo *deprenderis* vocem *deprefferis*, quam etiam vulgatae seruant editiones, vt pote non sanioem modo, sed aptiorem etiam et ad rem, qua de loqueretur VENULEIVS, *hortensem* nempe et *vitem* longe accommodatiorem, reposuit.

§. VI.

Qui sit ab aliis viris doctis excepta?

Dici fere non potest, quam probabilis et accepta fuerit haec, quam Haloander substituit, lectio, tantum non omnibus iurum nostrorum in-

c) Pet. BYRMANNVS praef. comm. de uegigal. pop. Rom.

terpretibus, et quautopere se ipsis probauerit illa nunc fere per tria secula. Quodsi enim paucissimos exceperis, plurimi eandem adoptarunt, et adeo miris commendarunt laudibus, vt et recentiores, et, qui hodie viuunt, in ea plane adqueuerint, et, nisi altas plane HALOANDRI laudes tonaue- rint, nil tamen nunc amplius de ea re dicendum esse existimarint. Fe- cit hoc *Dion. GOTHOFREDVS* lectionemque hanc, dignam, quae *Florentinae* praeferatur, iudicauit a). Huic inter alios adcedit *Aegidius MENAGIVS* b), non minus clarissimus, quam notissimus Iureconsultus Gallus. Disputare nonnihil vir instituerat de *vinearum vita*, eaque num longa esset? Qua in re, cum vetustas vitium negari non posset propter *leges iuris ciuilibus* manifestissime docentes c), et tamen *PLINIVS* d) *breuissi- mam* vitam contingere vitibus, in primis fertillioribus, adseruisset; *duplici* ra- tione longam vitam attingere videri vineam, demonstrat. *Primum*, si felici- ter adoleuerit, quo nempe casu, etsi natura sua arbor sit tenera et infirma, contra aestus et frigora tamen firmissima, secundum *COLVMELLAE* e) obseruationem, annos tolerare potest. Deinde monet, propter *propagi- nes* suas, non modo longaeuam, sed ferme sempiternam et immortalem videri. De quo quidem posteriori, maxime ad hunc locum quod pertinet, quum pulchre eloquutus sit *THEOPHRASTVS*, quem ipse quidem no- minat *MENAGIVS*, verba autem non recensuit; non poenitebit, ipsa illius verba hic legere, praesertim, quum vix omnium in manibus librum esse existimauerim, nec locus iste adeo prolixus sit. Ita autem ille f):

Τάχα δὲ ἂν εἴη μακροβία τὸν, τὸ πάντως δυνάμενον ἀνταρκεῖν ὡς περ
 ἢ

a) ad nostram leg. not. x.

edit. Basil. p. 287. f.

b) *amoenitat. iuris cap. VIII.*

c) *de re rustica lib IV. c. 2.*

c) *L. Ex condicto, 15 §. cum quidam.*

f) *in historia plantarum lib. II. c. 15.*

s. D. *locati conduci*

edit. Amstelod. de a. 1644. fol. pag.

d) *hisor. natur. lib. XVI. c. 44.*

492. f.

ἡ ἐλάια, καὶ τῷ δυσωλέθρου ἔχειν τὰς ρίζας δοκεῖ δὲ ὁ βίος τῆς γε-
 μίας εἶναι καθ' ὃν ἐτέλεχος, ἤδη τὴν ἀρχὴν τιθέντα μέτρον, ἀναμετρῶν
 τὸν χρόνον μαλιστα περὶ ἡττὴ διακόβια. Εἰδ' ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων
 λέγουσὶ τινες, ὡς περιαιρουμένων τῶν ριζῶν, κατὰ μέρος, δύναται διαμένειν
 τὸ τέλειος καὶ ἡ ὅλη φύσις ὁμοία καὶ ὁμοφύρος ὁποσοῦν χρόνον μακρο-
 βιώτατον αὖν εἴη πάντων. *Illud autem diuturnissimum forsitan sit, quod*
omnibus rebus durare queat, ut olea et caudice, et germine laterali, nepo-
tumque procreatione atque etiam stirpe incorrupta. Vitam vero unius in
qua posito caudice, pro principio temporis agi mensura debeat, annis ma-
xime ducentis consummare videmus. Sin autem credimus, quod quidam
de vitibus referunt, quod radicibus particulatim detractis caudex, natura-
que tota similis, ac similifera quantumvis temporis permanere queat, haec
prorsus longaeva omnium praecipue constat. — Sed, ut ad id reuertar,
 unde digressus sum, ipsi haec de vitium *propagatione* materia non pote-
 rat non, ansam praebere MENAGIO, de loco VENVLETT, vbi itidem
 de *propagandis vitibus* sermo est, licet ὡς ἐν παρόδῳ suam sententiam di-
 cendi. Quae tamen, vt obseruauimus, ab ea nil plane diuersa est, quam
 HALOANDER. et, qui hunc sequuntur, probant. Est enim MENA-
 GIUS auctor, in quem, etsi ipsum varia de causa, ut par est, magni
 faciam, tamen, si ad inueniendi propriaeque meditatione vtendi studium
 respicimus, tantillum interdum fiduciae ponamus. Mire enim illum
 compilandi studio haud raro excellere, inter quotidianam cum ipsius libel-
 lis consuetudinem, expertus sum, et confirmat vel solus hic de vita vinea-
 rum locus, quem fere omnem, praefertim, quod ad loca veterum atti-
 net, ex animaduersionibus IULII CAESARIS SCALIGERI atque
 ROBERTI CONSTANTINI ad THEOPHRASTVM depromsit. Omnibus autem aliis substitutam vocem *depresseris* praefendam ideo
 censet, quoniam eadem voce in eandem rem vsi sint auctores classici.

Etenim,

Etenim, praeter sequentia, quae GOTHOFREDVS pariter pro argumento habet, CATONIS g) verba: *Facito, ut vites multae adferantur: et sicubi opus erit, de arbore deiciantur et in terram deprimantur*, tum COLVMELLAE, tum VIRGILIO, praetermissa tamen loci adlegatione, testimonium denunciat. Neque omnino negandum est, utrumque, vt aliquam veri speciem praeferat *Haloandrina lectio*, efficere. Prior enim h), *quare, inquit, pangendi optima est ratio recti malleoli, cuius imum caput, cum consertum est bisurco pastini, angustis faucibus ferramenti facile continetur ac deprimitur: idque sarmentum sic depressum citius conlescit*. Manifeste itidem VIRGILIUS poeta ita in rem suam loqui videtur i)

*Quod superest, quaecumque premes virgulta per agros,
Sparges fimo pingui, et multa memor occulle terra.*

Addit quoque locum ex *epistolis* SENECAE k), qui non minus egregie videtur interpretationem lectionemque *Haloandrinam* fulcire. Sed, quid desudamus in recensendis auctorum classicorum locis, cum et ipsis libris nostris dudum in consuetudinem abierit haec locutio, quando de eadem re aliquid edixerint? Quid enim, si CAIVM audiimus de *propagatione plantarum arborumque* ex fundo suo in alterius vel alterius in suum ita edifferentem l): *Si alienam plantam in meo solo posuero, mea erit. Ex diverso, si meam plantam in alieno solo posuero, illius erit; si modo utroque casu radices egerit. His conueniens est, quod si vicini arborem ita terra PRESSERIM, ut in meum fundum radices egerit, meam effici arborem. Quaeso, quid aliud putabimus, quam CAIVM sua ex ore VENVLEII excepisse ipsamque VENVLEIVM nosmet audiuisse sermonantem?*

g) de re rustica cap. 32.

i) Georg. L. 2 v. 346.

h) de re rust. L. 3, c. 18.

k) Epist. LXXXVI.

l) L. 7, §. 13. D. de A. R. D.

cinantem? Sed, quam HALOANDER, quam GOTHOFREDVS, quam MENAGIVS, eandem ad nostram vsque aetatem probarunt non modo infima doctornm turba; sed plures etiam viri docti primi ordinis. Duos ipse nominat MENAGIVS. Nimirum Hieronymum MAGIVM et Ianum a COSTA, vtut iterum curatori librorum adlegatione posthabita m). Vt ne quidquam reticuisse viderer, ytriusque adponerem verba et amici lectoris iudicio submitterem, si aut plura protulissent, aut meliora prioribus. Sed iam, cum nihil inde solatii adcedat, lubens haec praetermitto.

§. VII.

Significatus vocis deprefferis qui?

Proximum est, vt, quid sibi velit vox illa reposita: *deprefferis*, in lucem ponamus. Sed verborum firmate opus non est, vbi ex ipsis viro- rum doctorum eandem circumferentium verbis sensus illius manifestissime liquet. Quodsi enim vel *Glossam*, antesignanum veluti omnium reliquorum, consulneris, illa tibi respondebit: *deprefferis* idem hic esse, ac si scriptum esset: *propagaris*. Vt ergo vniuersus locus noster in hunc fere adcipiendus sit sensum: *Si vitem meam ex fundo meo in fundum suum vicinus clam suppresserit propagaritque, eaque, licet adhuc radices in fundo meohabeat, in fundo tamen vicini mei coaluerit, vtile mihi datur interdicitum quod vi aut clam intra annum. Qui tamen, si praeterierit, nulla remansura est actio, quoniam radices, quae in fundo meo manserunt, tanquam adcessionis vicini fiant, mihique amplius non proficiunt.* Equidem, etsi neque mutationem textus me probare, neque vocis alienae,

m) Disputat vero hoc argumentum Hieron. MAGIVS in *miscellan. lib. IV. c. 7*, in Iani GRVTERI *thesauro critico tom. II. p. 1413* et Iani a COSTA *comm. ad Instit. L. 2. c. 1. §. 31. p. 170.* edit. van de Water.

alienae, qualis est *depresseris*, substitutionem necessariam esse, infra pluribus sim demonstraturus, facile tamen a me fieri patior, ut hic nihil reponam aut temerario ausu iis obloquar, qui textum nostrum de *propagatione* vitium alienarum, in sum fundum quam quis fecerat, intelligunt, nec adeo cum illis faciam, qui eum de *deplantatione* interpretantur. Quod quam sit ficulneum vel sola ipsius *VENULEII* verba: *radices, quae in fundo meo sint, tuas fieri* abunde conficiunt, utpote ex quibus intelligitur, de *propagatione* vitium. ICTum loqui. Dudum quoque a *Jacobo PERIZONIO* et egregie est obseruatum, *propagationem* ad vineas spectare, et, ab his ad alias res, quae per longius spatium extenduntur, vocabulum *propagationis* esse translatum. Cui viro celeberrimo, post *NOODTII* suffragia, summa τὸν πένυ *Georgii Christ. GEBAVERI*, ingenui olim praeceptoris nostri atque fautoris, adcedit auctoritas. Hic enim vir summus, postquam obseruat a), minus concinne *iurisdictionis* speciem aliquam vocari *prorogatum*, quoniam *propagationis* vocabulum regulariter b) *temporis* atque *durationis* inuoluat signi-

a) comment. acad. de *iurisdictione* secundum doctrinam Romanor. eiusdemque doctrinae in Germania usu cap. 1. §. 13.

b) Quamquam enim vir magnus, semper hoc obtinere, primum scripsisset, in editione tamen egregiae huius commentationis ex repetita praelectione, id ipsum haud semper obtinere, obseruat, sed ad locum dictum sub not. b. didicisse se ex *SVETONII* lectione, et quidem huius *Augusto* c. 23. animaduertit, pro-

pagandi verbum, etiam de tempore fuisse usurpatum. Quae vero in prima editione scripserat vir summus, ante etiam iam defenderat *Barauiae* decus in *signe Ger. NOODTIVS* in tr. de *iurisd. et imperio*, ubi lib. II. c. 12, in *Operib. tom. I. p. 112. Iurisdictionis* vulgo *PRO ROGATA* appellatur. Minu recte! Nam prorogatio proprie temporis est; terminorum autem *iurisdictionis* aut *imperii* non tam prorogatio dicitur, quam prolatio vel propagatio: ut verissime animad-

significationem, sumtum a comitiis, quorum proprium est vocabulum *rogatio*, et quae inde oriuntur, in quibus etiam *prorogare*, hoc est, longius vel in proximum annum rogare Imperatoribus imperium; praeclarissime: *prorogationis*, pergit, *vocabulum a vineis ad omnia ea, quae per latius spatium extenduntur translatum, ut praeclare docuit IACOBVS PERIZONIVS in Animaduerſionibus Historicis cap. VI. pag. 229. Videſis POMPONIVM ICTVM in L. 5. D. de Precar. et HVBERVVM D. h. n. 9.*

§. VIII.

Emendatio textus Florent. reprobat.

Iam, si computationem ineamus, quodnam pretium opinioni eorum sit statuendum, qui *Haloandrinae lectioni* fauent, magnam fatendum est, verisimilitudinem eidem ex hactenus prolatis accedere, quibus, ne quid dissimulem, praeterea hoc etiam addendum est, eam et *manu scriptos* libros probare, quum, illam in codice membranaceo haberi, *Ludovicus RVSSARDVS*, loco inferius nominando, obseruauerit. Verum enimvero, etsi nescius omnino haud sim, *codicem Florentinum*, tamquam arcanum diuinum aliquid frustra venerari multos, maximasque agere nugas, qui nullo plane mendo eundem laborare arbitrati, gyrgathum spirare existimant, quicumque lectionem eius folicitet ipsique cultus religio-

animaduertit amicus et Collega meus V. Cl. IACOBVS PERIZONIVS *animaduers. historicis cap. VI. pag. 229. et 399.* NOODTIVS vero quum in hoc loco non generatim, sed proprie tantum aiat, *prorogationem esse temporis tantum*; sentiisse iam ipse videtur exceptiones, de quibus post eum cogitauit B.

CEBAVERVS. Eadem, quae NOODTIVS atque CEBAVERVS priori loco, praecunte PERIZONIO tradiderunt, etiam, eodem auctore duce et adscripto DRAKENBORCHII *ad Liu. L. 23. c. 25.* loco, vir doctissimus Io. Aug. BACHIVS *diſſ. de prorogatione iurisdictionis §. 2.* obseruat.

fos exhibere detrectet; neque is ego sum, qui, hos sectatus, codicem istum archetypum fuisse existimem a), sed longe aequiorem eos tenere putem sententiam, qui nimiae auctoritati huic libro tributae, intercedentes, plus rationi iuris, quam scripturae, tribuendum esse censent, virginitatemque Florentinae in dubitationem adducentes, ab ea, si res ita poscit, recedere, piaculum non esse rentur b). Nihilominus, cum iustam habeat venerationem,

a) Quis enim nescit encomia, quae circumferunt, qui magnificentissime de hoc codice, quem *virginem* adpellare solent, sentiunt? *Ant. CONTIVS* in praef. ad *Cod. Iacob CUIACIVS* repetit. praefect. lib. II. tit. 3. *Em. MERILLIVS* observat. Lib. VIII. cap. 39. et in *dissertat. ad libros III. ex Cuiacio* cap. XIII. VI et in *variant. ex Cuiacio* libr. III. Add. *Henr. Chr. L. B. de SENCKENBERG* in *notitia iuris litter. select. sect. I. §. 45. not. a. Excurs. I. method. iurispr. p. 73. f.*

b) Clare hoc proficitur optimus ceterum Florentinae interpret rigidusque defensor *Anton. AVGVSTINVS* in *Emendat. et opinion. libr. IV. c. ult.* apud *Euer. OTTONEM* in *thes. iur. civilis rom. IV. p. 1420.* huiusmodi iniquiens, sunt alia nonnulla, quorum aliqua non satis integra et incorrupta Florentinae sunt, neque enim optimi illi verustissimi libri, a quibus omnes hi, quibus hodie utimur, manarunt, omnibus mendis carent, Nec non

Andr. ALCIATVS *disputat. libr. III. cap. 12. pag. 185* edit. *Basil. sec. nec tanta omnino ait, illis libris* (*Pandectis Florent.*) *adhibenda est fides, et eorum auctoritate potiores non sint rationes: quando quidem et in eis aliquos errores scriptoris manu commissos adgnouimus: ut minime ερχέτοπεν illud cum Politiano existimem, sed potius multis post Iustinianum seculis descriptum. Quid, quod ipsemet Iac. CUIACIVS* *observ. L. I. c. 1. Plus inquit ipse rationi iuris tribuo, quam vlli scripturae, qua quidem nulla res est, quae facilius depravari possit. Taceo alios, qui hinc recte adstipulantur, inter quos, praeter Io. MERCERIVM* *conciliatore cap. III. p. 51. edit. Berol. de 1722. Bern. Henr. REINOLDVM* in *variis cap. X. Petr. TOVLLIEV* *collectan. diss. 1. p. 39. sqq. Franc. DVARENVM* *disput. annivers. L. 2. c. 9. tom. II. oper. p. 303. Laur. Andr. HAMBERGERVM* *disq. prior. de incendiis §. 12. inter opusc. p. 38. Nicol. Hier. GYNDLINGVM* *prot. digest. L.*

nem, quidquid excellit, et codex iste sit talis, cui summa antiquitas minime est inuidenda, quoniam non multo post IUSTINIANVM confectus videatur, neque ille etiam tam multis librariorum vitiis deprauatus sit et conspurcatus, quam reliquae, quae circumferuntur, editiones; lubentissimus equidem adcedo viro clariss. doctissimoque *Ioanni Gothofredo SAMMET c)* calamum merito aduersus eos omnes stringenti, qui tam impie et audacter de hoc Florentiae thesauro putant, vt eum posthabendum censeant lectionemque *vulgatam* ea, quae in hoc pulcherrimo codice habetur, longe rectiorem et adcuratiorem in plerisque esse, fermocinentur d). Sollicitanda enim et deferenda illius lectio non est, donec eam manifestissime in mendo cubare aut rationi iuris et idiomati iuris auctorum, tum viuientium, repugnare adparet; sed ea omnibus aliis lectionibus anteponenda est. Quod quemadmodum in genere valet, non possum, quin et super hunc, de quo disputamus, locum, idem illud obseruem, nec adeo probem, quando quis, quod tamen fecisse HALOANDRVM ceterosque animaduerti, impias textui manus inferat aliamque vocem reponat, cum necessitas sit nulla, quae tale facinus excuset. Id quod satis monstrabunt ea, quae dicenda sunt.

S. IX.

*L. i tit. 2. §. 57. et Chr. Vlr. GRUPE-
NIUM in Anmerkungen aus dem teutsch.
und roem. Rechte p. 285 sqq. in primis
non possum non nominare celebratissi-
mos duumuiros, alterum Io. Petr. de
LVDEWIG in vita Iustiniani M et
Theodora Augustorum cap. I. §. 2. p. 20.
alterum Henr. Christ. de SENKEN-
BERG in praef. ad brachylogum iur. ciu.
§. 55. p. 19.*

*c) in variis iuris capitibus Lipsiae
1751. editis cap. I.*

*d) Quale quid multi, et inter eos Io.
ROBERTVS in recept. lection. lib. I.
cap. 8. et Nic. HENELIVS de veter.
Iuris cap. II. fecerunt. Vel enim ipsa
antiquarum litterarum vetusta forma,
cuius egregia dederunt specimina Ioan-
nes MABILLONIVS de re diplomatica
lib. V. tab. 6. pag. 357. et B. Georg.
Christ. GEBAVERVS ἐπεὶ in narra-
tione de Henrico Brenkmanno contra-
rium demonstrat.*

§. IX.

Interpretatio RVSSARDI expenditur.

Id quum viderent nonnulli viri docti satiusque sentirent, retinere, quam derelinquere lectionem Florentinam; iam inde ab omni fere tempore de ea defendenda cogitationem susceperunt, inque id allaborarunt, ut, se arbitris et interpretibus, amica redderetur acutis criticorum filiis et nulla amplius maneret aut videretur caussa, vocis insolentiam conquirendi. Primo loco nominabo *Ludouicum RVSSARDVM* a), qui, reiecta lectione *Haloandrina* et proscrip̄ta voce *depresseris*, *Florentinam* elegantī interpretatione adiuuat. Recte enim verbum *deprehenderis* se habere, propterea contendit, quoniam formula: *deprehendere in rem aliquam* et elegans et optimis auctoribus omnino consueta, nihil aliud denotaret, quam *adprehendere* et *sumere in utilitatem rei alicuius*, et ignotum planē non sit, voculam *in* saepissime eam vim continere, ut *finem causamue* rei alicuius denotet. Cum ergo *Noster* diceret: *Si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis*, comtiori stilo idem *perovpuxōs* dixisset, quod alii forte popularius paullo ita eloquenti fuissent: *si vitem meam ex fundo meo in utilitatem tui fundi sumseris*. Ipsi *RVSSARDI* verba, non ita proluxa et simul valde perspicua, haec sunt: *Et forte deprehendere, eā formula hic dictum est, qua defringere et deplantare, ut sensus sit: Si sumseris vitem ex fundo meo in fundum tuum, id est, in vsum fundi tui, ut scilicet in fundo tuo plantares. Ac praepositionis IN, hanc esse vim apud latinos auctores, nemini ignotum est.* Quae si perpendas, multum discrepare illius ab *HALOANDRI* ceterorumque in medium prolatis huius locis interpretationibus, non solum, quod

a) ad Legem nostram XXII. §. 2. D. quod vi aut clam.



quod ad integritatem verbi *deprehenderis*, sed etiam quod ad totius legis sensum, facillime est ad intelligendum. Etenim HALOANDER et qui eum sequuti videntur, textum de *propagatione* vitium intelligunt. Et rectissime ita, vt prænotauimus! RYSSARDVS vero et hunc sequuti, de *plantatione* earum ex fundo in alterum vno hunc locum interpretantur. Vtrumque quàm valde differat, neminem facile latere puto, qui vtriusque naturam satis perspexerit; siquidem *propagatione*, radices ex fundo pristino, non, vt quidem *deplantatione* fit, eruncantur euellunturque. Quæ cum ita verissime se habeant, non *verbis* modo, de quo, qui oculos habet, vix quisquam dubitauerit; sed *ipsa* etiam *re* vtraque interpretatio differt. Iam, quamquam docta omnino pariter atque elegans sit hæc viri obseruatio, quoniam certum est, non solum elegantem, sed et veteribus frequentem esse voculae *in* significationem; qua *finem* atque *causam* denotat. Quod quidem, nisi nauseam excitaret fastidiumque, rei notissimæ tantopere indulgere, permultis ostendi poterat exemplis. Nihilò tamen secius, me, vt ingenue fatear, hæc doctissimi viri non multum mouent, vt ipsius interpretationem in defensionis Florentini codicis gratiam institutam probare possim. Manifestissime enim illa pugnat cum expressis legis nostræ verbis, talem, qualem illis ita adhaerit, vir doctus, sensum nequitiam admittentibus. Quodsi enim ipsum inspexeris textum, eumque, vti eum supra (§. I.) adposui, in tota legeris serie, intelliges credo, eum de *plantatione* minime, sed de eo loqui casu, vbi vite ex fundo vnus in alterius fundum deducta, *radices adhuc in fundo pristino illa habeat*. Luculentissime id docent verba Iureconsulti posteriora: *Radices, quæ in fundo meo* (vnde scilicet alter vitem in suum fundum sumferat) *sint, tuas fieri, quia his adcessionis sint*. Vt adeo dubitandum nulla prorsus ratione sit, Iureconsultum de *transplantatione vitium*, minime gentium egisse indeque improbabilis plane esse vindicias pro lectione Florent. a RYSSARDO scriptas. Vt taceam, *proprium* esse viti-
bus

bus *propagationem*, non aequè *transplantationem* (§. VII.) Quemadmodum verò interpretationem illius cum mente Iuriconsulti pugnare, his ita demonstratis, certum sit; ita nescio quoque: an apud classicos auctores, ad quorum societatem maxime, procul dubio, addedit *VENULEIVS*, vñquam ita sit vsurpatum vocabulum *deprehendere*, vt idem denotauerit, quod verbo *adprehendere* vel *prehendere* et veteres omnes et nosmet hodie toto die significare solemus. *Deprehendere* nimirum dicunt, quantum scio, veteres quicumque, quando aliquid *adipiscimur* vel *animaduertimus*, quod vulgo nostrates exprimere solent *ertappen*, *gewahr werden*. *Adprehendere* vel *prehendere* autem, dum manu aliquid *capimus* aut *sumimus*, pro quo in vernacula nostra verbis vtitur: *ergreifen*, *fassen*, *antasten*. Quorum verborum vis adeo est diuersa et maxime differens significatio, vt nec putem alterum alteri commode et absque vsu loquendi latinitalisque vitio posse substitui.

§. X.

Defensio MAGII exponitur et refellitur.

Sed, quae non recte vidit *RVSARDVS*, an melius alii perspexerint? iam quoque dispiciendum est. Non vacat omnino, plures adire huius legis interpretes. Prodeat tamen iterum, cuius in superioribus iam feci mentionem, *Hieronymus MAGIVS* a). Licet enim ille vtique *Florentinae Haloandrinam* lectionem praeferat, tamen defendi adhuc posse putat in hoc loco verbum *deprehendere*, quando illud ita intelligeremus, vt *institutum* atque *medium* expresserit Iureconsultus, mirae breuitatis studiosus, pro *caussa finali*; et solas *actiones* nominauerit, omisso *eo*, ad quod *diriguntur* et quod *illis perficitur*. Posito nimirum, pro termino temporis *perfecti* vel *futuri*, *gerundio*, et subaudito deinde verbo *inclina-*

ueris

a) in loco supra §. VI. not. m. ad- legato.

ueris vel suppresseris, causam superesse censet, rectitudinem lectionis Florentinae defendendi. Quod si enim gerundium pro futuro subintellecto verbo inclinaveris reponimus, satis idonea ipsi videtur esse VENVLEII elocutio in hunc modum: *Si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehendendo inclinaveris eaque in fundo tuo coalescerit, vile est interdictum quod vi aut clam intra annum.* Verum enimvero nec haec viri apologia pro lectione Florentina scripta mihi placet. Primum enim inutilis plane atque superuacanea in hac formula delitesceret verborum cumlatio et pleonasmus, quantum quidem perspicio, parum elegans et Iureconsulto dignus; quandoquidem alia ratione, quam *manibus nostris et deprehendendo* suppressere inclinareque vites haud possimus. Deinde verbum *deprehendere* a veteribus pro verbis *adprehendere, sumere* similibus usurpatum fuisse, me, ceu paulo ante (§. praec.) monui, legere non memini. Quum ergo idem error in hac MAGII defensione deprehendatur, quem in RVSSARDI vindiciis notauimus, merito et eodem iure, quo hanc, illam, tanquam minus idoneam, relinqui oportet.

§. XI.

IO. GVIL. HOFFMANNI *observatio.*

Quae in lectionis Florentinae defensionem alii, quorum ego notitiam acquirere potui, scripserunt, iam nihil attinet congerere, cum aut cramben bis coctam iterum adponant, aut etiam adeo ieiunia sint quae protulerunt, vt plane nihil dixisse videantur. Etenim, vt argumenti causam vnum in medium producam, B. Io. Guil. HOFFMANNVS, etsi hac de re quaedam adnotauerit a); ea tamen tam pauca et adeo obscure et imperfecte dicta sunt, vt, quae mens ipsius fuerit, et, vtrum vltra defendendi ratio-

a) in praef. ad MENAGII *amoenit.* iur. ciu. edit. a se Francof. et Lipsiae procuratae pag. si numeres 22.

rationes solitas atque tritas sapuerit nouellamque inuenerit methodum, lectionis Florent. puritatem aduersus iniquos reprehenses illius vindicandi, an potius priorum tramites ubique incesserit? nondum satis liqueat. Posterius credere prohiberem propter egregium plane, quo vir ille armatus erat, ingenium, nisi ex paucis, quae eloquutus est, verbis, alia omnia adparerent. Pauca enim, quae addidit, verba, haec sunt: *Capite nono praeter ea, quae de arborum vita, et an earum adpellatione vineae contineantur, MENAGIVS disputat, etiam de lectione L. ult. quod vi aut clam sententiam dicit, et quod VENVLEIVS ait: si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis id ita corrigendum esse censet, ut depresso legatur, quod ipsum iam in editione Haloandrina expressum, et ab aliis viris doctis probatum est. Possent tamen pro voce deprehenderis aliqua dici, ut ad L. 6. de leg. Rhod. vice versa depressa nauis, quam mutari vellet COLERVS in depressam defendi posset (COLERI parerg. cap. XIX), si nunc talia prolixius agere liceret. Ex quibus, ni fallor, adparet, nec HOFFMANNVM quidem interpretatione sua laborantem legis lectionem sufficienter iuuisse; siquidem verbum *deprehendere* itidem hac sola ratione sustineri posse, fentiisse videatur, quod promiscue aliquando vocabula: *deprimere* et *deprehendere* vsurpata sint et verbum *deprehendere* interdum idem denotauerit, quod alias vox *deprimere* significet. Id quod tamen, neque classicorum auctorum auctoritate probari, neque vlla ratione aut idoneo contendi posse arbitror argumento.*

§. XII.

Probabilior tentatur interpretatio.

Alia itaque lectionem Florentinam, quam et ego rectam probam esse existimo, indaganda erat defendendi ratio, eaque non subtilis altius-
 quae,

que, ut forte quis posset suspicari, repetita; sed plana omnino et latinis auctoribus admodum familiaris. Commodè nimirum et facile lex nostra, retenta lectione Florentina, intelligi potest, quando auctores classicos in consilium vocamus. Hoc enim factò adparebit non modo, loquendi formulam, qua usus est Iure consultus, optimis et castae latinitatis auctoribus frequentissimam fuisse; sed etiam, quam mentem quemque sensum ea habeat? Lectionem vero auctorum classicorum insignè legum Romanarum interpretandarum esse adiumentum, nemo temere in dubitationem vocauerit, cum in confesso dudum sit constitutum, multum illustrationis atque luminis illam ad capita iuris nostri intelligenda adferre, nec igitur piaculum esse, interpretandi iuris rationem exinde repetere. Nemo enim est, qui scripta perlustraverit summorum iuris interpretum, quin simul perspexerit, quantum ipsi lucis e fontibus illius limpidissimis adfundant legibus Romanorum permultis, maxima obscuritate laborantibus, quas sine hoc adminiculo non magis, quam aut Apollinis oracula, aut Sybyllae Cumaeae folia foremus intellectu a). Verum, quod ad inveniendam legum difficiliorum *rationem* insigniter iuuent auctores veteres, non vnica causa est, quare, tantopere lectionem eorum commendamus iuris studiosis, necesse est, Magna enim interpretationis pars a *cognitione linguae et verborum*, quibus vsi sunt Iureconsulti atque legislatores, dependet b). Ad hanc autem acquirendam vnice ducunt et faciunt auctores classici, non minus *poetae*, quam *prosaici* c), idque eo magis,

a) Sunt verba B. Ge. Henr. AYRE-
RI in praef. ad *Schultingii iurispr. au-*
zeiuss. Lips. 1737. a se editam pag. 2.
et in *opusculis minor. varii iuris et ar-*
gum. tom. II. p. 448. add. Laur. Andr.
HAMBERGER *de utilitate ex humanito-*
ribus litteris in iurisprudentiae studio
capienda §. 8.

omninoque tomida etiq. hinc quo

b) Radulph. FORNERIVS *rerum*
quotidian. lib. II. c. 20. Chr. Gothofr.
HOFFMANN *de inuestigandis in iure*
significationibus subiect. IPSIVS *prae-*
cogn. gener. iurispr. N. III.

c) Tametsi enim, quod ad *historiam*
attinet, plane nihil auctoritatis poetis,
[v]rpotè

quo certius est, multos aequales fuisse Iureconsultis, quorum scripta in libris nostris seruata sunt, et aequam plerumque inter hos et illos, tum de elegantia dictionum et sermonis, cum de usu vocabulorum, esse contentionem. Quae quum ita sint, non possum quidem, quin valde probe, defensores lectionis Florentinae in loco *VENVLEII* ad veterum libros recurrisse. Quod vero nihilominus rem acu non tetigerint, id profecto non lectionis auctorum classicorum lubricitati; sed ipsorum, qui non satis perspectas habuerunt illorum auctorum veneres, incuriae tribuendum erit. Quod tamen cum dico, tantum abest, ut virorum clarissimorum auctoritati atque famae quidquam detractum velim, qui potius summam ipsorum eruditionem nominisque celebritatem deueneror. Omnes autem, qui aliquid pro lectione Florentina scripserunt, in eo conueniunt, ut Iureconsultum verbo *deprehendere* in hoc loco per *περὸνυπία* usum esse, contendant. Neque ego valde intercedo, qui, nisi de eo persuasus essem, lectionis illius causam suscipere nullo modo auderem: Quodsi vero reperire potuissem, ut nunc, multa licet cura adhibita, non potui, bonae notae auctores veteres et classicos verbum *deprehendere* interdum pro *adprehendere* et *sumere* usurpasse, nec haec verborum, plane diuersorum, commutatio omni elegantiae latinitatis quam maxime repugnaret; nescirem sane,

utpote suauium fabularum fictoribus, tribuendum sit, nec adeo inique poësin pestem *historiae* dixerit *Io. Petr. de L. DEWIG* in *diff. historiae suae parente, de causis fabularum circa gentium originem* cap. VIII, in *opusc. miscellis* tom. II. p. 438. quoniam, docte obseruante eruditissimo censore Halensi in *den Halisch. gelebrt. Zeitung* a 1772 p. 653. mera *fictio* constet *poësis* et sola eadem a reliquis artibus elegantibus differat;

tamen, si ne consideretur quidem, quantum auctoritatis *HOMERO* aliisue tribuerint *ICTI* et Imperatores, qua de re eleganter egit *Io. Henr. SCHLEGEL V. C.* de *poëzarum sigillatimque Homeri auctoritate* apud Iureconsultos, ad significationes verborum indagandas et ad rem grammaticam mire eos proficere, nemo negauerit, quin etiam multa videntur immiscuisse et tractasse, ex quibus illustrari potest iurisprudencia.



ne, quid opus fuisset RYSSARDO aliisque, per tot ambages textum interpretari, et vel verba: *in utilitatem seu in usum* vel vocabulum *inclinare* siue *supprimere* subaudire, et profuturo gerundium substituere? Ecquis enim dubietatem quamdam subesse existimauerit, quando dixerit: *Si rem tuam ex aedibus tuis in meas sumsi, te inscio et inuito, furtum fecisse putandus ero.* Et quis de obscuritate mentis VENVLEII iure suo potuisset queri, si ita eloquutus fuisset: *si vitem meam ex fundo meo in tuum sumseris, eaque in fundo tuo coaluerit, utile est interdictum quod vi aut clam?* — Intellexi autem, leui cogitatione impensa, loquendi formulam, qua usus est VENVLEIVS, non solum scriptorum classicorum latinitati non obflare, sed ad ipsius similitudinem maximopere accedere; verum inueni etiam, vbi *idem* verbum et *eandem* formulam, qua usus est ICTUS noster, adhibuerunt, loca nonnulla veterum latinorum. Nota nimirum et frequens est *metonymiae* species, qua pro *caussa*, *materia* atque *occasione*, quae facit et ansam dat, vt aliquid efficiatur et fiat, *id ipsum, quod inde efficitur*, poni solet, nec raro verbum vulgariter *ipsum effectum* denotans, pro vocabulo proprie *causam* et *materiam* significante, per eandem metonymiam a veteribus substitui. Iam pari elegantia NOSTER voce *deprehendere*, vtpote verbo proprie *effectum* denotante usus est, pro voce *causam* atque *materiam* tantum significante. Quid enim, si popularius et, vt nunc eum intelligamus oportet, hunc in modum scripsisset Iureconsultus: *Si artibus tuis effeceris, vt vitem meam ex fundo meo in fundum tuum propagatam deprehendam eaque in fundo tuo coaluerit, utile est interdictum quod vi aut clam.* Quid, inquam, tunc aut vitii aut obscuritatis in his verbis latere existimasses? Iam vero, cum reapse *idem* hoc, etsi adhibito quodam dicendi ornatu, quippe qui sine dubio in metonymia illa continetur, loquutus est, causam habebis profecto nullam, de obscuritate conquerendi aut vitii *codicem Florentinum* vel ipsum adeo VENVLEIVM arguendi. Nec scio quoque, quae naturalior

et

et planior hac ipsa inueniri queat interpretatio, cum verbum *deprehendere* hac ratione in *naturali* sua et *vera propriaque* significatione retineatur, nec ad eum, qui vitem progavit in fundum suum, sed ad eum, ex cuius fundo illa est propagata, referatur?

§. XIII.


Quaedam in interpretationis huius confirmationem ex auctoribus classicis.

Variis quidem hanc interpretationem et, quem dixi, formulae huius apud auctores latinos frequentem usum, ex veterum libris, haud operose exquisitis, exemplis comprobare possem, si animus mihi esset, his magno studio conquirendis immorandi. Quem enim, ut alia taceam, locus fugit ille tritus fere *QVINCTILIANI* a), ubi per eandem loquendi figuram, qua vocabulum ad effectum pertinens, vocabulo *causae* substituitur, non *deuisti* inquit, *INTERDICERE*, sed *petere*, utpote quod non nisi ita intelligendum est: non *deuisti efficere ut interdicator* seu, ut loqui solemus, *interdicto uti, sed petere* b). Conuenit *FESTI* locus c): *Qui dicit se possidere, is vero POTEST INTERDICERE*. Itaque in *legitimis actionibus nemo ex his, qui possident, possessionem suam vocare audeat*; quippe cuius, accurate quoque obseruante *Guilielmo MARANO* d) is fere sensus est: eum qui se possidere dicat, posse quoque *interdicto uti* et ita *efficere ut interdicator dictum*

a) *Instit. orat. lib. III. c. 6.*b) Tametsi *informis* haec quoque *QVINCTILIANI* dictio nonnullis visa fuerit vitis doctis, inter quos virum illustrem *Carol. Ferd. HOMMELIUM* im-*Reutzschen Flauio, Einleit. §. 33. p. 69.*

edit. Baruth, de 1763. honoris causa nominabo.

c) de *V. S. voce possessio.*d) in *comment. ad rit. Dig. de adquir. vel amit. poss. in oper. tom. II. p. 614.*



dictum emaneat. Quoniam vero paullo ante ipsam, qua VENV-
LEIVS vsus est, loquendi formulam, non tantum ad genium auctorum
classicorum et ad latinitatis ipsorum analogiam accedere dixerim, de quo
dubitare in mentem venerit nemini, qui in libris veterum illam metony-
miae speciem occurrere norit; sed etiam, eodem plane verbo, quo vsus
est Iureconsultus, veteres vsos fuisse, statuerim, fidem datam quasi solu-
turus, nonnulla in huius rei confirmationem ex auctoribus classicis addam.
Non lubuit quidem, in praesentia vnus vocis causa, cuncta veterum vo-
lumina percurrere atque quam crebro et a quibus omnibus ea vsurpata
sit, anxie indagare. Sed, quoniam omnes, qui lectionem *Haloandri-
nam* studiose venerati sunt et *Florentinam* reprobarunt, COLVMELLAE
auxilium implorare video, soli quoque tantum COLVMELLAE testimo-
nium denunciare, et aequa ratione ipsa tela in textus Florentini perni-
ciam directa, in ipsorum hostium caput meritisimo detorquere conlitiui,
miratus interea, qui factum, vt, qui satis fidenter vitio volumini Floren-
tino illato ex COLVMELLA patrocinium quaesuerunt, hunc COLVMEL-
LAE locum, ex quo meliora doceri potuissent, omnes praeteruiderint?
Locus autem COLVMELLAE, de quo loquor, hic est e): *Classes etiam*
non maiores, quam denu hominum faciundae, quas decurias adpellaue-
runt antiqui, et maxime probauerunt, quod is numeri modus in opere
commodissime custodiretur, nec praeuentis monitoris diligentiam multi-
tudo confunderet. Itaque, si latior est ager, in regiones deducendae sunt
vae classes, diuidendumque ita opus, vt neque singuli, biniue sint, quoniam
dispersi non jacile custodiuntur: nec tamen supra decem, ne rursus, vbi
nimia turba sit, id opus ad se pertinere singuli non existiment. Haec or-
dinatio non solum concitat aemulationem, sed et DEPREHENDIT igna-
uos. Nam cum certamine opus excitetur, tum in cessantes animaduersio
missa et sine querela videtur adhiberi. Ex quibus verbis sicut adpareat,

COLV-

e) de re rustica lib. I. cap. 9. p. 36. edit. Paris, de a. 1543.

COLVMELLAM verbo *deprehendere* effectum denotantē pro verbo *facere*, *efficere* vel simili *causam* significante usum et ita intelligendum esse, ac si scripsisset: *haec ordinatio non solum concitat aemulationem, sed etiam efficit, ut deprehendantur ignavi*; ita fungum plane stipitemque esse oporteret, qui perfecto COLVMELLAE loco, usum huius vocis in Iureconsulto reprehenderet, aut sensum illius amplius desiderare mutationemque in libris Florentinis suscipere auderet, quum quilibet, qui oculorum suorum usura fruitur, perspicue cernat, VENVLEIVM idem verbum eundem in modum pro *efficere*, ut *deprehendatur* usurpasse et ita intelligendum esse, ac si scripsisset: *Si feceris* (scil. propagatione tua) *ut vitem meam, ex fundo meo propagatam, in tuo fundo deprehendam.*

§. XIV.

Nec non ex Iureconsultorum scriptis.

Noli vero putare, ex *Iureconsultis* veteribus, quorum elegantis refertae sunt pandectae, neminem eadem dicendi figura, quam hactenus ex auctorum veterum classicorum libris repetere adausus sum, praeter VENVLEIVM usum esse! Adcidit enim omnino, ut hinc inde in aliorum quoque *Iureconsultorum* scriptis eloquutio deprehendatur stilo atque orationi VENVLEII plane similis. Sicut vero nihil omnino referat, ita nec libitum est, pluribus id demonstrare exemplis, quae praeterea ipsorum in oculos facillime incurrant, quibus quotidianum cum libris nostris commercium est. Vnum vero specimen in praesentia quaeritanti mihi, absque longiore indagatione in mentem venit famosus ille VLPIANI locus a), ubi ita scriptum reperitur: *Labeo quoque scribit: ex aedibus meis in aedes tuas proiectum habeo.* INTERDICIS MECVM, si eum locum

a) L. Si duo, 3. §. Labeo, 6. D. uti possidetis.

locum possideamus, qui proiecto tegetur: an quo facilius possim retinere possessionem eius projectionis, INTERDICO TECVM, sicuti nunc possidetis eas, ex quibus proiectus est. Cui loco et alterum ex eiusdem VLPiani libro II. ad L. Iuliam de adult. b) propter dictionis paritatem merito adiungimus: Capite quinto legis Iuliae ita cauetur, ut viro adulterum in uxore sua deprehensum, quem aut nolit aut non liceat occidere, retinere horas diurnas nocturnasque continuas non plus, quam viginti, TESTANDAE eius rei causa, sine fraude sua, iure liceat. In priori loco loquutio interdicens VLPiano idem denotat, quod facere ut interdicatur. Sed in posteriori etiam dictio testari eandem dicendi formulam, qua vox, quae effectui conuenit, verbo causam denotanti substituitur, redolet, ut idem sit, ac si scripsisset ICTus: efficiendi causa, ut sint, qui eam rem testentur. Equidem haec ipsa quoque VLPiani loca eum eadem, qua VENULEII dictio premitur, ruditate laborare videantur; nec hac meliora fata habuisse, facile quidem liceret ominari, etiam si conatus ignoraremus, quibus multi latinitatem VLPiani suspectam reddiderunt et barbarici sordibus contaminatam esse professi sunt. Iam quidem neminem scio, qui, formulas haec VLPiano tribuere dubitans, textum emendandum putauerit, quod in loco VENULEII factum esse, ex superius dictis intelligitur; nota tamen est res, quod in iis, qui gloriam se adepturos existimauerunt, quando latinitatem veterum ICTorum idiotismis atque vocibus alienis commaculatam esse contenderent c), fuerint quoque, maximae etiam hilarisque famae homines, qui in libris VLPiani latino ebraea nonnulla admista esse, existimauerunt dicendi genera d) et, ad id euincendum, praeter alia, ad haec duo quoque loca et verba inde

b) L. 25. pr. D. ad L. Iul. de adult.

c) Nuper adhuc vir doctissimus Chr. RAV in *diff. de Aurelio Arcadio Chario* cap. III, de Chario temere dici,

ipsum graeca verba latinis immisuisse, solide demonstrauit.

d) Fecerunt id primum Ant. AVGV-

inde descripta prouocarunt, in formulis *interdicere* et *testari* ibi occurrentibus, utpote in eo, quem verba *hiphilica* habent, sensu usurpatis, loquutiones ad *hebraismi* potius, quam *Romanae eloquentiae* genium compositas latere arbitrati. Quibus permotus facile quis, tunc exclamauerit, a leonibus cupis agnorum mansuetudinem repetere, qui ad probandam latinitatis in loco *VENULEII* puritatem, locos barbariei fordibus contaminatos ab *VLPIANO* postulas? Verum enimvero, sicut in genere omnis ille de hebraismis *VLPIANI* clamor probari ratione possit nulla, recteque a viris doctis explosus sit; ita haec etiam loca fabulae illius probationem non modo minime conficere, sed etiam latinitatem in illis adhibitam, ne inficetam quidem aut incomtam, multo minus hebraismo infectam, quin potius, propter elegantiam bonis auctoribus familiarem, laudandam esse, post egregium *ICTUM Tholosanum Guil. MARANVM c)* optime demonstrauit et maculas dictioni ipsius temere adspersas non multo sine sale detersit *B. Io. Gottl. HEINECCIUS f)* his verbis: *GILBERTVS REGIVS, qui et ipse nasum Rhinocerotis habet, Hebraismum deprehendere sibi visus est in verbo interdicare, quod VLPIANVS eo sensu adhibuerit, quae Hebraeorum coniugatio Hiphil prae se ferat, ut idem sit ac facere ut interdicator L. 3. §. 6. ff. uti possidetis, nec non in verbo testari, quod ille adceperit pro facere, ut quis testetur vel testimoniis probare L. 25. pr. ff. ad L. Iul. de adult. Sed et hic ratio fugit bonum GILBERTVM, nec magis illae phrasae VLPIANI hebraicae sunt, quam illa ab Ant. AVGVSTINO notata ellipsis. Interdicere cum aliquo, in sensu transitiuo loquutionem*

AVGVSTINVS emendat. lib. IV. cap. 8. *Gilb.* inde vestigia permulti sequuti sunt.
REGIVS Enantioph. iur. ciuil. lib. II. c) loco supra §. antec. not. d. adleg.
 c. 20. *Euer. OITTO* in praef. tom. II. f) In progr. de *Vlpiani hebraismis*
ibef. iur. ciu. p. 21. et alii, quorum sub- in *IPSIVS opusc. varior. syl. p. 700. f.*

tionem esse latinissimam, discere potuisset ex loco QVINCTILIANI libr. III. Inst. cap. VI. Non debuisti INTERDICERE, sed PETERE. Et verba: rei testandae caussa in L. 25. pr. ff. ad L. Iul. de adult. non magis hebraismum sapiunt, quam haec CICERONIS pro M. Coel. cap. XXVII. „Nam necesse est, fuisse non paucos, ut et comprehendi Licinius facile posset et res multorum oculis esset testatior. Adslipulatur illi, non nominato tamen, V. C. Christoph. WOLLIVS g), cuius verba, cum verbis HEINECCII fere eadem, haec sunt: Ad hos communes dicenti modos hi quoque pertinent, quos in VLPIANO notarunt Iureconsulti, qui de dictione illius publicum sumserunt iudicium. Sic G. REGIVS aliquid Hebraico vicinum in usu verborum INTERDICERE ac TESTARI magna perspexit sagacitate. VLPIANVS utrique potestatem, quam verba Hiphilica habent, attribuit, verum secunda et propitia latinitate usus est, quae in suam civitatem hanc iam dudum adsciuit. INTERDICERE VLPIANO idem est, quod FACERE VT INTERDICATUR L. 3. §. 6. ff. uti possidetis. Verum eandem significationem confirmat QVINCTILIANVS Lib. III. cap. VI. VLPIANVS verbum TESTARI pro FACERE, VT QVIS TESTETVR, siue TESTIMONIO PROBARE, adhibuit, L. 25. pr. ff. ad L. Iul. de Adult. Vitio vacat ista dicitio: nam RES multorum oculis TESTATIOR eodem sensu a CICERONE dicitur orat. pro M. Coelio c. XXVII. Quodsi vitia haec esse voluit G. REGIVS, in eo quidem a regia descivit via et aberravit. Quae omnia sicut pro lectione Florentina in loco VENVLEII clare loquuntur; ita posset quoque simul quis ex hac dictionum utriusque ICTi similitudine non leuem, VLPIANVM defenden-

g) In Epistola critica de hebraismis Vlpiani Iureconsulti ad IACOB. HENR. BORNIVM p. 10. Vid. etiam Ant. SCHYLTINGII orat. culpandusne sit

Tribonianus quod ICeorum, qui stante lib. rep. claruere, scripta suppresserit in iurisprud. anteiust. p. 898. f.

sendendi et a suspicione illa: quasi eloquutiones suas hebraïmis commaculasset, liberandi rationem depromere. Neminem scilicet fore existimo, qui *VENULEIVM* quoque *Syro-phoenicem* et *semitudaeum* fuisse adseruerit. Iam uero quum hic eadem dictione, qua *VLPIANVS*, utitur; latinitas uero *VENULEII*, quantum scio, a nemine suspecta, sed pura ab omnibus atque elegans sit habita; satis inde adparet, formulam dicendi, qua usus est *VLPIANVS*, rectam, probam, uere latinam, minimeque hebraïsmo esse contaminatam.

§. XV.

Causa erroris in interpretatione huius legis commissi principalis quae sit?

Iam, quamquam is, qui ex fundo alieno in suum uitem propagauit, postquam id fecerit, eam omnino, sicuti *habeat*, ita etiam *videat* in suo fundo, necesse sit; tamen, quum textus nostri uerba de ipso *actu propagationis*, non uero de *eo, quod illum, tamquam naturale constitutum sequitur*, sonent, nec aliter adicipi possint; de eo, qui alterius rem sibi et in suam possessionem sumsit, proprie dici non potest, quod uitem *deprehendat*. Quare simpliciter opus est, ut uerbum *deprehendens* non ad ipsum, sed ad eum, cuius res illa est, et, cuius in possessione ante exisibat, quam alter eam sibi vindicaret, referamus. Causa autem erroris in interpretatione huius loci commissi, illis, qui deleri iubent uerbum *deprehendens* et pro eo scribi *depresseris* cum iis, qui lectionem illam, nec una quidem litera immutata, retinent et defendunt, communis, nulla alia in re esse uidetur, quam in eo, quod utraque pars uim *ueram* atque *propriam* huius uocabuli non perspexerit, et quem *semper* et *vulgariter* apud omnes habet, *naturalem significatum* neglexerit. Id, quod factum est, dum illud non ad eum, *cuius in fundo uitis illa ante propagationem alterius fuerat*; sed ad illum, *qui eam ex fundo domini in suum propagauerat*, retulerunt. Iam, quum eorum non nulli, quam parum uocabulum illud hic locum habere possit et *ipsius propagantis* actui conueniat, recordarentur, ad extremum illud delabi commouebantur, ut uerbum mutarent et aliud, quod ad *propagantem* referri conuenientius uidebatur, substituerent. Contra reliqua interpretum pars, cum retinere mallent

mallem vocabulum, ad alterum deferebantur extremum, et ICTum, deserta communi et vulgari vocabulorum significatione, *improprium* pro *proprio* usurpasse contendebant, moti, fortean eo, quod ICTos saepissime grammaticos atque proprios vocabulorum significatus deseruisse aliosque iis aliquando tribuisse, legerant a). Et ita ab utraque error commissus, omnino quidem diuersus, sed, qui causam vnam eandemque habet. Quare nec ego in quaestione: vtra melior existat sententia, certum aliquid definiam. Sententia *correctorum* in eo melior videtur defensorum vindictis, quod adgnouerint, puritatem linguae non admittere, verbum *deprehendere* hoc loco per *adprehendere* seu *sumere* interpretari, nec probabile esse, ICTum haec vocabula vim plane diuersam habentia inter se commutasse. Contra, ex altera parte vincit hanc laudem pia defensorum intentio, qua manus textui inferre et a lectione eius recedere, omnino, et id recte quidem, dubitarunt.

§. XVI.


Peroratio ad iuris studiosos cum indice praelectionum.

Vt tandem primariam qualiscumque huius scriptiunculae causam adgrediar, quae multo plura forte in interpretationis, cuius periculum feci, causam, ex auctoribus classicis et ICTis, quibus testimonium denunciare facile quidem licuisset, proferi poterant, nunc lubens praetermitto, ne molestia, si qui sint lectores, amplitudine Commilitones defatigem. Recensendae nimirum sunt, quae in Vestram, *Commilitiones honoratissimi* utilitatem per instans semestre hibernum more solito instituire constitui praelectiones. *Publice* enim hora I. post meridiem in Celeberrimi SCHOTTII *Encyclopaediam iuris*, insigni concinnitate et ordine exaratam, commentabor; *privatim* autem hora IX. *ius Germanicum privatum* iuxta filium elementorum perelegantium Generosiss. de SELCHOW, hora X. et hora II. *Pandectas* praeeunte B. Cancell. BOEHMERO et h. XI. *Institutiones iuris civilis* secundum ipsam IMPERATORIS vocem, *Ordine Institut. rov pav GEBAVERI* in subsidium vocato, enucleabo. Quas lectiones hibernas, ut sueta frequentia condecorare velitis opto rogoque, Scrib. BVETZOVII d. xxxi. Septembris A. R. S. CI O IO CCLXXVI.

a) Vid. *Heur. Chr. ECKHARDI* *ber-* in singulari opusculo apud DVKERT *ment. iur. lib. I. c. 3. Exempla sunt de latinis, vet. ICTor, exposta.*

(X225 7028)







4

DE
VITE DEPREHNSA
IN
L. XXII. PR. D. QVOD VI AVT CLAM

1776, 2

PRO
LECTIONE FLORENTINA
ADVERSVS
ALIORVM EMENDATIONES ET CONIECTVRAS
VINDICIAS SCRIPSIT

SIMVLQVE
PRAELECTIONES

PER HYEMEM HABENDAS
INDICAT
NICOLAVS GEORGIVS BERNARDVS
DE LOEWENSTERN.

P. 179



BVETZOVII c1o1o cclxxvi.

